



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

XIX. Successor Adolphi Conradus Secundus
 *MCCCXC. cum Landgravio in litem iterum incidit,
 sed in ea continuit se Erfordia, cum in
 apertum bellum discordiæ non prorumpere-
 rent, † Eichsfeldiacis, (a) quorum cau-
 sâ natæ, vehementius rem agentibus:
 Eichsfeldi- namque sub procerum, & Electoris offi-
 aci inThu- cialium ductu è montibus & Sylvestribus
 ringia præ- suis in Thuringiæ plaga decurrentes, præ-
 das agunt. das non sine cædibus egerunt. Wences-
 laus † Cæsar Bohemiæ Rex Burnabum de
 Cæsar actio Silbynar supremum exercitui Ducem præ-
 nes contra fecerat: lis huic cum Erfordia fuit. Vi-
 Erfordiam ribus à Rege sibi commissis frustra minita-
 ad Mogun- batur, Imperii libertate minas eludente:
 tinum re- ideo Wenceslaum adiit, vellet citare Ur-
 mittit. bem, & judiciali sententiâ quod justum
 imperare. Intervenit Moguntinus: Er-
 fordiam sibi immediatè subjectam, non
 prius ad Cæsaris tribunal cogi, quam ne-
 gatâ Moguntiaë justitiâ posse. Relinquen-
 das in Rep. competenti foro causas, ni-
 si confusiones ames, & profanari justiti-
 am. Suspectam rem esse, quàm litem ad
 incompetentem deferre, tam recipere;
 utrumque affectus communiter emptos
 indicare. Ad hæc Cæsar causam Electo-
 ris iudicio remisit, (b) à quo citatæ partes,
 ac lis definita est. Alius hostis Erfordiam
 pressit, majoris temeritatis, quam vi-
 rium:

(a) Rivander in Chron. Thuringiæ hoc anno, MS. Chron. Erfurtense.

(b) Extat originalis citatio cum remissione in Archivo.

rium : (a) erat ille Rudolphus † nobilis *Rudolphus*
 Dominus in Heldringen. Huic familiae *de Heldring-*
 Civitas quot annis urnam vini pependerit, *gen Erford.*
 incertum an gratuito ; vel juris vinculo *infestat.*
 adigente , hoc nobilis , illud civitas præ-
 tendit , cumque beneficium ulterius nega-
 ret , ipse hostilia Urbi machinatus est. Li-
 berales ad auxilia Saxones 600 armatos
 submitunt , quibus ipsa moenia , quasi
 provocaturus Urbem , accessit : hæc te-
 meritate hominis confusa Wilhelmum
 Landgravium , qui hostem instigaverat ,
 timens , cives continuit. Ille pagis qui-
 busdam incensis in recessu prædas agit ; in-
 secuti de nocte Erfurtenfes in Rudolphi
 pagis damna rependunt. Interrupit hoc
 bellum mors Rudolphi : * etenim Frater * MCCCX
 ejus Fridericus continuare nisus , interve- CV.
 nientibus vicinis anno sequente pacem
 elegit. * Necdum verò cum Wilhelmo * MCCCXC
 quies , sed is flammis & cædibus in Erfur- VI.
 tensium agro sæviit , donec tandem aba-
 ctis hinc inde pecoribus iram , vel potius
 cupidinem satiaffet. Capti Landgravii
 milites ut prædones habiti , Centurio † Centurio
 Henricus à Lengenfeld capite plexus est. *Landgraviè*
 In ipsa Urbe inter coriarios incerto auctore *capit deca-*
 exorta † flamma , (b) quartam ejus par- *pitatur.*
 tem absumpsit , quod ipsum machinatio- *Incendium*
 nibus Wilhelmi cum multis conviciis à ci- *Lādgravio*
 vibus *imputatum.*

(a) Riv. hoc anno , & MS. Chron. hoc anno.

(b) MS. Chron. Erfurt.

*MCCCXC vibus imputatum. * Iterum prædones
 VII. viciniam infestarunt, (a) arcibus Hinder-
 Greiffstein berg & Greiffenstein † pro receptaculis u-
 expugnant si, cumque ex hac Eichsfeldiam potissi-
 Erfurtenses mum depopularentur, Erfurtenses ad
 mandatum Electoris copias parant, ac u-
 nà cum damnorum sociis Mülhufiâ, Nort-
 hufiâ, Duce etiam Ottone Brunswicensi
 prædones expugnant, captos quadraginta
 duos suspendunt, Arx Greiffenstein de-
 jecta, ager in præfecturam redactus, & E-
 lectorali Fisco addictus est.

XX.

Mox ingens metus ex atroci periculo
 Civitatem concussit. Crescente indies
 Wenceslai Cæsaris ignaviâ, (b) & cum
 hac Imperii calamitate, Electores de eo
 exauctorando, atque substituendo alio
 consilia ceperunt; urfit negotium Archi-
 Præsul noster Joannes, (c) & indicta novi
 Cæsaris Electio. Francofurti Brunswi-
 censis, & Lünæburgensis Dux Fridericus,
 † magni filius eligitur. Ille dum in patri-
 am reverteretur, necdum Imperiali pom-
 pa stipatus, à Waldeckiano Comite,
 quem Moguntinus arcis suæ Rustenberg
 præfecerat, nefariè in Hassia propè Friz-
 lariam occiditur. Non deerant † male-
 Facinus Mo voli, qui paratam Electoris jussu necem
 guntino sal- spargerent. Hinc omnium animi in Ar-
 sèimputatū. chi Episcopum incensi: Henricus Fride-
 rici

(a) MS. Chronica Erfurt. & Chron. Thur. hoc anno.

(b) Trithemius in Sponheimensi Chron. ad annum MCCCC.

(c) Serarius in vita Joanni II.